



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 53. Libellus supplex Hieronymi de la Nuza Provincialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI. lum a Bellarmino jussu ejusdem Papæ
A.C. 1597. fuisse confutatum idem Author refert.

§. LIII.

*Libellus supplex Hieronymi de la Nuza
Provincialis.*

Hist. Congr. Fratrum Prædicatorum Theologicum
l. I. c. 25. & interdicta hasce quæstiones agitandi
tib. 5. sect. 3. facultate veritati præjudicium, erro-
neis vero opinionibus auctoritatem tri-

bui existimarent, idcirco inter ceteros
Dominicanos præprimis Hieronymus
de la Nuza tum Provinciæ Arra-
gonicæ Provincialis, ac postea Al-
barescinensis Episcopus die vigesima se-
cunda Augusti currente hoc anno Phi-
lippo II. Hispaniarum Regilibellum sup-
plicem porrigebat, in quo non sine ma-
ximo Ordinis sui, ac veritatis dispen-
sio injunctum querebatur, ne in Ca-
thedris, privatisque disputationibus de
divinæ gratiæ auxiliis ageretur, cum
tamen tanta sit hujus materiæ ampli-
tudo, ut servato hoc edicto Theologiam
nonnisi ad paucissimas quæstiones re-
stringere oporteret, semperque Profes-
sores, & Concionatores innumeris agi-
tarentur scrupulis, ne forte Ecclesiam
offenderent, aut Papæ mandatum vio-
larent, vel a suis æmulis tanquam le-
gis violatores traducerentur: insuper
idem Pater Provincialis exponebat,
haud

haud tolerandum videri, quod veterem Divi Thomæ Doctrinam ab universa Ecclesia deprædicatam adversus dogma hodie natum propugnare prohibeantur, hacque ratione ex pacifica possessione perturbentur, cum tamen ipsemet Apostolus depositum custodiri, & profanas rerum novitates, ac oppositiones falsi nominis scientiæ devitari juberet: insuper addebat, quod inter Religiosos Ordines circa doctrinam de gratiæ efficacia semper in Hispania, usque dum novus Molinæ partus in lucem editus fuit, pax servata fuisset, aliquando vero hi Patres suas quotidie opiniones obtrudere solerent, sibi tamen ab aliis quovis pacto contradici adeo ægre ferrent, ut Principum aulas clamoribus impleant: eapropter Canariensis Episcopus mala exinde oritura deplorans (*) dixisset: *si, quo pede cæperunt, Patres Societatis pergere permittantur, faxit Deus, ne tempus tandem adveniat, quo Reges eis obfistere velint, nec possint.* His adjecit Hieronymus de la Nuza: „timeo, ne mandatum hoc perpetuum inter societatem, & Dominicanos rixarum seminarium sit. His prolati querelas, quas Patres Societatis adversus Prædicatores pro-

H 2 tule-

(*) Epistola Melch. Cani ad P. Regle Caroli V. Cæsariorum Confessarium data.

Sæcul. XVI tulerant, refellere nisus, tandem huic
A.C. 1597. libello supplici finem imponit hæc sub-
 jungens: *cum pacem Jesuitas inter, &*
nos vehementer optet vestra Majestas; spon-
deo, me eam pro viribus promoturum,
cumque ad eam promouendam necesse sit, ut
ad illos, qui de nobis ita temere querun-
tur, non accedamus, rogo Majestatem ve-
stram, ut id nobis benigne concedat, at-
que ad omnes rixarum occasiones præscin-
dendas nobis inhibeat, ne de nobis invi-
sem uto modo dicamus; neve authores ul-
nominemus, vel notis afficiamus; ne de-
mum ad Scholasticos actus mutuo veni-
mus: spondemus nos omnia ad amissum
servaturos, nec de iis, eorumve authori-
bus, opinionibus, aut libris memoriam ul-
lam habituros: quemadmodum enim trece-
tis annis adeo sine illis floruit Ordo no-
ster, ut universo orbi in deliciis, & admi-
ratione fuerit, ita sine ipsis Deo favente
perseverabit, ad omnia tamen officia pa-
ratiissimus. Hanc epistolam stylo ama-
riori ab hoc Episcopo suisse conscrip-
tam fatetur ipsem et Scriptor Historie
Congregationum de Auxiliis.

§. LIV.

Hujus libelli supplicis fatum.

Hist. controv. Postquam Philippus Rex hunc libel-
de auxil. l.2. lum supplicem, quo FF. Prædicato-
cap. 29. res silentii legem rescindi, aut saltem
Hist. Con-
rog. l.c. tempore